Universitätsbibliothek Paderborn

Johannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi Maioris Apvd Herbipolin Abbatis, viri suo aeuo doctiss. ... Partis Opera Historica, Qvotqvot hactenus reperiri potuerunt, omnia

Partim E Vetvstis Fvgientibusque editionibus reuocata, & ad fidem Archetyporum castigata; partim ex manuscriptis nunc primùm edita ; Qvorvm Catalogvm Aversa pagina exhibet

Johannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi Maioris Apvd Herbipolin Abbatis, viri suo æuo doctiss. Primae Partis Opera Historica, Quotquot hactenus reperiri potuerunt, omnia

Trithemius, Johannes

Francofvrti, 1601

In Conclavi Trithemiano ...

urn:nbn:de:0128-1-17297

Visual Library

IN CONCLAVI TRITHEMIANO, (QVOD adhuc integrum viſitur, in Spanheimenſi cœnobio, ad vnum lapidem à Crucenaco oppido) omni ex parte inſcripta elegantibus litteris, rubris nigriſque, leguntur plurima diuerſorum Auctorum, veterum & recentiorum, carmina & ſententiæ tam Græcæ quam Latinæ: præſertim Sedulii, Iuuenci, Fortunati, Hildeberti Epiſcopi, Petri de Riga, Galteri Inſulani. Quibus Conradus Celtis coætaneus & amicus eius iſta adſcripſit:

CONRADVS CELTIS PROTVCIVS Poëta:

Aſpice verſiculos hoſpes venerabilis iſtos,
Trithemius poſuit quos tribus ecce notis:
Ille vetuſtatis cultor, quantus vel amator
Linguarum, paries ſcriptus vtrumq; docet.

EIVSDEM CELTIS EFFIGIES AD VIVVM COLORIBVS expreſſa in pariete cernitur, his adſcriptis: CONRADVS CELTIS PROTVCIVS Poeta Laureatus, hæc cecinit anno Domini 1494. cum eſſet hic. Ad futurum Abbatem.

Quiſque futurus ſis Abbas, hæc carmina noſtra
Mente rogo memori voluere ſæpe velis.
Eſto pius, clemens, & relligionis amator;
Trithemiumque meum, conſulo, diſce ſequi.

IOHANNES TRITHEMIVS ABBAS
AD SVCCESSOREM.

Aſpice, doctorum poſui monumenta virorum,
Et quicquid multum vos decorare poteſt.
Hortor & admoneo, veſtigia noſtra ſequaris,
Poſt me venturus qui mea tecta regés.

EX

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN